**Peri tēs chlōrōseōs; seu, De foedis virginum coloribus / praeside ... Marco Mappo ... disputabit dissertationis author Georgius Benjamin Gloxin ... Anno M DC LXXXII.**

**Contributors**

Mapp, Marc, 1632-1701
Gloxin, Georgius Benjamin

**Publication/Creation**

Argentorati : Literis Johannis Friderici Spoor, [1682]

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/b9p5puyr

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

29

J. N. J.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ

# ΧΛΩΡΩΣΕΩΣ

SEU DE

# FOEDIS
# RGINUM COLORIBUS

PRÆSIDE

GNIFICO UNIVERSITATIS RECTORE

VIRO

OBILISSIMO, AMPLISSIMO,

EXCELLENTISSIMO, EXPERIENTISSIMO.

## NO. MARCO MAPPO,

PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBL.

MINO SUO PATRONO, PRÆ-

PTORE ATQUE HOSPITE QUOVIS HONORIS

NOMINE PIE SEMPER PROSEQUENDO,

SOLENNITER DISPUTABIT

DISSERTATIONIS AUTHOR

ORGIUS BENJAMIN GLOXIN

WORMATIENSIS.

A. D. MENS. JUN. ANNO M DC LXXXII.

HOR. ANTEMER. IN AUDIT. MAJOR.

ARGENTORATI,

LITERIS JOHANNIS FRIDERICI SPOOR.

VIRO
ILLUSTRI, NOBILISSIMO
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
CONSULTISSIMO
DOMINO
JOH. FRIDERICO
GLOXINO,
J.U.D. SAC. REG. MAJ. DANIÆ
CONSILIARIO STATUS DIGNISSIMO
ET JUDICII REGII, QUOD EST GLüCKSTADII
ASSESSORI LONGE MERITISSIMO, DOMINO
MEO PRO-PATRUO, FAUTORI ATQUE
PATRONO, QUOVIS OBSERVANTIÆ
CULTU DEVENERANDO,
COLENDO

*Exercitium hoc Academicum*

In perpetuum Obſequii Symbolum humi-
limè offero, ſacrumque facio,

*Devotiſſimus Cliens*
Georgius Benjamin Gloxin
Wormatienſis.

# AD LECTOREM.

Miraris forſan L. B. materiæ, quam ventilandam ſuſcepimus, delectum: nec id mirum; cùm unusquisque ſuo quodam peculiari judicio ac ſententiâ ducatur. Quippe altero foret opus Prometheo, qui ad pacem inter tot diſcrepantium judiconciliandam de integro hominum præcordia ex ſimili luto fingeret, parilemque omnibus mentem ſpiraret. Audio certe qui ſequiùs paulò de nobis judit, quod materiam vix juvenilibus annis committenn publicæ diſquiſitioni exponamus, huncque ingeſœtum, juvenili pruritu parente, in lucem prodiiſſe ſent: Verumtamen ſi mihi detur libertas dicendi, ndam, judicium hoc ex falsâ ſuſpicione fluere, vanque eſſe augurium. Nonne quæ Senes ſciamus, Jues diſcamus per quàm eſt neceſſum? Nam confer ſo, cum Divino noſtro Hippocrate, humanæ vitæ vitatem, cum incomprehensâ Artis noſtræ prolixitaſecumque reputa, quàm magnum & arduum opus ea omnia complecti animo, quæ in penetralibus ſuis ra recondidit; ultrò fateberis, non tantùm Senilem, & Juvenilem ætatem in iis indagandis deficere. re quæ Senem ſcire oportet, Juvenem ne celes; ni è ſolus Senex

*Gallinæ filius albæ*
*Nos viles pulli nati infelicibus ovis.*

eo quod in Medicinâ Juvenum diligentia & φιλοπn ſcrutandis partibus corporis humani earumque

vitiis Senum infirmitati, ſenſuumque debilitati ſu
tias ferre debeat. Præterea cùm ex Fine de actionibu
dicandum, hæc noſtra quoque tractatio determina
nem à Fine accipiet, quem in obſcœnis caſtum, in ſ
dis purum quandoque eſſe, neminem latere poteſt.
itaque cinctus rationum munimentis, memet mei
pœnitet, neque pudet hâc vice Superioribus exhi
quidnam laboris, aut diligentiæ qualiscunq; impen
mus, in illis etiam, quæ ad Muliebrem ſpectant natu
& morbos, quorum nobis æquè jucunda eſt cogn
atque odioſa tractatio illorum, qui turpiter ac flagi
in iisdem ſeſe exercent; unde factum ut frequentiſ
illæ in Medicos criminationes atque reprehenſione
diantur. Quò autem ratio noſtri inſtituti plane Ti
cognita, atque perſpecta; ſcias, præſentem hancce
teriam, ut maturo Præceptorum conſilio morem g
remus, præcipuè Affectùs hujus frequentiam, & ol
ram ejusdem indolem, penitius cognoſcendi cupi
tem ſuppeditaſſe, ac Virginum familiam ab eo liber
ſtudium extorſiſſe. Non enim Gynæcea tantùm Pr
pum ΧΛΩΡΩΣΙΣ infeſtat, ſed & in cujuſcunque ſorti
gines debacchatur, ſuumque virus evomit, magnâ
malorum ſyndrome, quorum ratio non ſemper in
patulo. Et quis vitio vertet, ſi illum expellere cone
hoſtem, à quo & Sanitati, & Venuſtati, doti, qu
Naturâ accepêre Virgines, inæſtimabili, ſummum
culum imminet? Si quis tamen aut mollioris anim
ſplenis petulantioris, ſive honeſtatis læſæ Diſſertatio
noſtram accuſabit, ſive Thraſonicè eidem inſultabi
lum gloriæ loco ignominiam reportaturum con
mus.

*Annuat DEUS conatibus noſtris.*

CAP

# Caput I.

## *Nomen exponit.*

COmmuniter hic Affectus noſter ΧΛΩΡΩΣΕΩΣ nomine venit, modò per ο, modò per ω, in antepenultimâ, ἀπὸ τοῦ χλοεροῦ, ſeu χλοηροῦ, per craſin χλωροῦ, à viridi, pallido, graminoſo; cujus ἔτυμον χλόα, χλόη, gramen, her-
vireſcens, ſeu, quod mallem, χλόος, viror, pallor. Licet au-
n hoc ipſum vocabulum χλώρωσις neque apud Hippocratem,
que Galenum, neque alium Veterum Græcæ linguæ Scripto-
n, quantum memini, occurrat; ejus tamen primitivi *Hip-
rates* non uno in loco mentionem injicit. Nam *l. VI. Epid.
V. Linguas* χλωρὰς ex tinctura bilis cum virore *pallidas* vo-
: *l. II. de morb. mul.* καθαίρεται inquit ὑπόχλωρον, *purgatur
luteum*; & paulò poſt, οἷόν περ ἐξ ὠοῦ χλωρὸν, *velut ex ovo crudo
um*: ac iterum in *Prænot.* τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου
ωρὸν, *color totius faciei pallidus* extat.

Συνωνυμίας dives meſſis: dicitur enim ΧΛΩΡΩΣΙΣ ob ana-
iam quam cutis, faciei præſertim, hoc in affectu intenſè tincta
et cum pallido graminum quorundam virore. *Febris Alba*,
imitationem *Hippocratis*, qui *l. VI. Epid.* pro variâ faciei in fe-
bus tincturâ, alias dixit rubicundas, alias pallidas, lividas alias:
n quod Virgines ſic affectæ propriè & ſemper febricitent, ſed
od propter membrorum laſſitudinem, pulſus frequentiam, ge-
umque pallorem febricitantes mentiantur. *Morbus Virgi-
u*, quia puellis, quæ ex ephæbis exceſſerunt, & Virgines audire
agunt, frequentior ſit, quàm mulieribus ac viduis; etſi harum
n omnes exemptionis privilegio gaudeant. *Febris Amatoria*
dit quinque ob Rationes; (α) Quia amabilioribus ferè puellis,
as Natura delicatiore corporis texturâ dotavit, præ aliis ſolet
e communis. (β) Quia eâ demum ætate ſeſe prodit, quâ ſeriò
are & amari diſcunt Virgines. (γ) Quia puellarum multæ, ut
entur, procoque dignæ aptæve habeantur, ſtudio ſibi pallorem
nc conciliant, ſecundum *Ovidij l. I. A A. Palleat omnis amans,
eſt Color aptus Amanti.* (δ) Quoniam Amor, intemperantior

*viz.* cui inſignis in corpus noſtrum eſt poteſtas, ſæpius
affectui viam parat. (ε) Quia juxta *Hippocratem l.* περὶ
Amor, ſeu Venus (modo licita) præſtantiſſimum hoc in mo
eſt remedium, verumque Nepenthes. *Icterus Albus*, ἀναλογ
nam quemadmodum Sanguine redundante biliofo, aut atrab
rio Icterus oritur verus, isque vel flavus, vel niger; ita exhum
crudo & pituitoſo exuperante Icterus (minus propriè ſumpto
cabulo) albus oritur. *Fœdos Virginum Colores* quidam Affec
hunc appellare amant, ob fuſcam & ingratam laborantium fac
Germanis vix propria χλωρώσεως appellatio. Gallis *Les pâles*
*leurs* dici, communis loquendi uſus nos edocuit.

## Caput II.

### *Definitionem exhibet.*

TAntus Medicorum hoc in *Affectu Virgineo* definiendo r
ritur diſſenſus, ut, ſi unquàm vel maxime hîc experiri li
quot capita tot ſenſus. Reperies enim alios qui definitione
ſali illum per Obſtructionem vaſorum uterinorum: alios, q
Morbum, eum per Intemperiem: alios denique, qui per S
ptoma eundem definitum volunt. Per nos licet, quisquis
abundet ſenſu; arridet tamen ſententia poſteriorum, quibuſ
hanc promimus Definitionem, aut ſi mavis Deſcriptionem.

ΧΛΩΡΩΣΙΣ *eſt Color Cutis univerſi corporis, præcipuè F*
*p. n. pallidus, lividus, aliquando ſubvireſcens in Virginibus, ex*
*preſſione menſium, humorumq́ crudorum collectione oriundus, ma*
*atq́ multis Symptomatibus ſtipatus.*

*Genus* itaque hujus Affectûs Symptoma conſtituimus, q
niam à Morbo, Intemperie *viz.* quam humido-frigidam dic
veluti umbra à corpore ſuo dependet; & quidem Sympto
quod mutatarum eſt qualitatum, præprimis viſibilium. *Ratio*
*malis* ex ipſis Definitionis verbis patet; nam dum dicimus q
ſit Color Pallidus, nullus non videt, quàm differat ab Ictero u
que, in quo non albus, nec vireſcens ſed buxeus, vel ſubniger v
tur vultus. Deinde *Cauſam* χλωρώσεως quando ponimus S
preſſionem Menſium, innuere volumus, quantoperè diſcrep

Ca

achexiâ alia & Melancholiâ Virginum, Anaſarcâ atque Affectione
ypochondriacâ, quæ citra hanc oriri poſſunt. Multis inſuper
*ymptomatibus* illum ſtipatum diximus; quorum enumeratio
ùm non parum faciat ad ipſius Affectûs differentiam Specificam
onſtituendam, eorum præcipua h.l. recenſere lubet, quæ tamen
on omnia in omnibus, uno eodemque modo ſeſe habent, ſed pro
ariâ individuorum conditione, humorumque craſi, & cauſarum
aturâ variant, & nunc plura nunc pauciora, nunc mitiora, nunc
rociora deprehenduntur.

Præcipua autem hæc ſunt: *viz.* juxta fœdam Coloris natu-
lis, roſei & amabilis mutationem, totius Corporis Laſſitudo,
lollities, Laxitas, & Frigiditas, Oculorum nitor obtuſus, fa-
ei, crurum ac pedum, maximè circa malleolos Intumeſcentia,
entris & Hypochondriorum cum rugitu Dolores, Viſcerum
bſtructiones, in Lumbis, partibusque Utero vicinis Senſus triſtis
nſivus, Menſium Suppreſſio, cum Alvo adſtrictâ, Urinâ crudâ
aqueâ; Nauſea præterea, Pica, Cardialgia, Ructus acidus, Vo-
itiones auſteræ, Appetitus proſtratus, Diſpnœa, Mœſtitia ſine
uſâ evidente, Cordis palpitatio, Pulſus parvus & frequens, Ca-
tis dolor, Senſuum torpor, & Somnolentia, quibus Febricu-
m aliquam levem quidam annumerant.

# Caput III.

## *Subjectum proponit.*

*Ubjectum* χλωρώσεως *in genere* conſtituimus *Virgines*, *tùm*
adultiores, quas prout verius Veneris illecebras adumbrare ſibi
orunt, frequentius ex Voluptatis uſu denegato viriditatis ſeu ve-
uſtatis florem excutere putat *Ballonius de Virg. & Mul. Morb.*
*VII. tùm* juvenculas, quæ exacto ſeptenario ſecundo τραγίζειν, &
ὁρμήν τινα ſentire incipientes, notabilem per totum corporis habi-
um experiuntur μεταμόρφωσιν. *In ſpecie* verò illud duplex faci-
nus, alterum *viz.* ipſiùs Affectùs, ipſiùs Cauſæ alterum. Prius,
*ubjectum ſcil. ipſius Affectùs* iterum diſpeſcimus in *Adæquatum* &
*nadæquatum:* quorum *hoc* eſt Cutis externa totius quidem Cor-
oris, in primis tamen Faciei, utpote in quâ pallor atque livor ille
otiſſimùm eſt conſpicuus. Eſt enim Facies omnium omninò

 παθη-

παθημάτων animi æquè ac corporis fida nuncia; quia dum cu
ipſius præ reliquis corporis partibus peculiari texturæ tenerit
gaudet, facilius ſanguinis atque ſpirituum mutationes in ipſâ c
teguntur, ope vaſculorum plusquàm capillarium, & fibrillaru
nervearum, quæ ſubtiliſſimæ cuticulæ immediatè ſubjacentes p
conditione, craſſitiè *viz.* & raritate fluidorum, faciei nitore
nunc exaltant, nunc remittunt: idque eò evidentius quò delic
tiore ipſa facies obvelata conopeo, prout eſt Virginibus, quas p
nobis partium mollitiei & teneritatis, uno verbo, Venuſtatis pr
rogativam habere, indubium arbitramur. *Illud*, Adæquatu
ſcilicet, ſunt omnium partium ſanguinearum integumenta, nec
ſolùm, ſed ipſorum interdum viſcerum παρενχύματα; quippe qu
non illo gaudent robore, quò minus quæ ad partes externas
ipſa quoque ruere poſſint: hâcque in ſententiâ egregie nos juv
pallor labiorum, gingivarum, linguæ, totiusque palati Virginu
χλωρωτικῶν; accedit etiam *Harvei* obſervatio *de Gen. An. Ex. L*
qui in Virginibus Cachecticis, febrique albâ laborantibus, ut re
quo earum corpori, ita Jecori etiam pallidum inhærere colore
notavit.

*Subjectum Cauſæ*, & quidem *Principale* eſt Uterus, ζῶον illu
ἐν ζώῳ, cui propter ſitum, connexionem & vaſorum cum partibu
aliis communionem peculiaris, juxta *Helmontium l. de Concep*
in totum integrale muliebre eſt Monarchia; unde etiam mulierem
omnem morbum bis pati, nempe quatenus & homo, & mulie
idem dixit. Vaſa enim Uterus quàm plurima habet, præter Ne
vos *viz.* duplicis generis, quâ ex ramo interno ſextæ conjugatio
nis, quâ ab oſſe ſacro Arteriæ atque Venæ ipſi ſunt ex utroque la
tere copioſiſſimæ: illæ quidem his longè numeroſiores, hæ verò
ut ſolent, his multò majores; utræque partim à vaſis ſpermaticis
(quæ non omnia ad teſtes, ſed portione unâ ad Uteri fundum, al
terâ ad Tubas Fallopianas progrediuntur) partim à ramis hypo
gaſtricis, & trunco deſcendente crurali oriundæ, totum Uterum
ſerpentino & anfractuoſo ductu perambulantes, quas etiam ju
cundiſſimo ſpectaculo per ἀναςτμώσεις ſuas ſibi copulatas peculiar
experimento ob oculos ponit *Graafius de Mul. Org. c. VIII.* no
equidem venas cum arteriis, ſed prout obſervavit *Diemerbræk*

Ana

nat. l. I. c. XXIV. arterias cum arteriis, & venas cum venis, quæ
nc inde ex Uteri ſubſtantiâ emergentes in ſeſe coëunt, ut quibus-
m in locis unum vas conſtituere videantur. In hoc autem po-
ſimùm lis nobis cum quibusdam intercedit, utrùm ratione ve-
rum, an verò arteriarum Uterus hujus affectionis ſubjectum
:endus? nobis certè ratione arteriarum id evenire inde manife-
m videtur, quod, quemadmodum ordinarius Menſtruorum
xus non per Venas, ſiquidem hæ ex lege Circulationis ſangui-
m ê περιφερείᾳ ad centrum revehunt, ſed per arterias fiat; ita in-
bitatæ veritatis eſt, eorundem ſuppreſſionis ſubjectum ipſas
oque eſſe arterias, quæ per Uteri fundum æquè ac per ejusdem
ginam ſunt copioſiſſimæ: quamvis minimè negemus, poſſe
oque venas obſtrui, quarum tamen obſtructio nullo modo ſan-
nis effluxum impedire valet, niſi & arteriæ ſimul obſtruan-
. *Minus Principale* Cauſæ χλωρώσεως Subjectum ſunt omnia
λώσεως & αἱμαλώσεως Viſcera; Ventriculus, Cor, Epar, Lien &c.
atenus vel ſanguinem vitioſum generando Uterum per con-
ſum afficiunt; vel quatenus ipſa à Sanguine ex Utero reſta-
nte afficiuntur.

## Caput IV.

## *Cauſas Internas enucleat.*

ιολογίαν ab enumeratione Cauſarum Internarum auſpica-
mur; ubi Venerando noſtro cum *Hippocrate l.* περὶ παρθεν. ut
ſam Primam & Remotiorem arguimus τὸ αἷμα ἔκρυν οὐκ ἔχον,
*Sanguinem effluxum non habentem*; iis *viz.* in Virginibus, quæ
cto ſeptenario ſecundo puberes factæ, ſecundum ordinarias
turæ leges ſingulis menſibus per loca deſtinata Sanguinis pur-
ionem experiri deberent, quâ præpeditâ, teſte *Coo V. aph. LVII.*
*lti fiunt ab Utero morbi.* Quò felicius autem in tractatione no-
progrediamur, opus eſt, ut eſſentiam atque cauſas purgatio-
hujus menſtruæ fæminarum plenius paulò evolvamus, penſi-
s prius quæ apud Venerandam Antiquitatem circa illam no-
occurrerunt.

Nimirùm

Nimirùm traditum ab illâ, Mulieres, cùm ad concipiend foetumque alendum ſint deſtinatæ, eo modo à Naturâ eſſe cc paratas, ut majorem, quàm quâ ad corporis proprii ſuſtenta nem indigerent, quantitatem ſanguinis gignerent, atque l opus eſſe evacuatione illius ſanguinis iis fæminis, quæ nec lact nec Utero gerunt, ne copia nectaris vivifici, quam in aliena cc moda, fœtûs *viz*, cumularunt, in propriam cedat perniciem. C ſam hujus evacuationis (1.) *Materialem* dixerunt Sanguinis corpore muliebri redundantiam *Galenus l. adv. Eraſ. de V c.V. & l.XIV. de Uſ. Part. c.VIII. Fernelius l. VII. Phyſiol. c.l* (2.) Redundantiæ hujus cauſam voluerunt eſſe vitæ genus fæ narum ſedentarium *Iidem* l.c. (3.) *Formalem* conſtituerun ſanguinis cruditate & ad alendum ineptitudine *Ariſtoteles Hiſt. Anim. c. XIX.* & *Fernelius* l.c. imò venenoſitate *Pli l.XXVII. Hiſt. Nat. c.VII.* (4.) *Efficientem* fecerunt omnes cultatem Uteri expultricem. (5.) Excretionis περίοδον in ſem ternos Lunæ curſus & influxus rejecerè *Ariſtoteles l. VII. H Anim. c.11.* & *Fernelius* l c.

Tantorum Virorum, & de Republ. Medicâ optimè meri rum Authoritate, quam ſummâ aliàs cum reverentia exoſculam ſalvâ; liceat nobis ea, quæ obſcura partim, partim dubia in ill rum de fluxu menſtruo doctrinâ viſa ſunt h.l. palam facere.

*Ad primum* quidem, quando in fœminis Sanguinis copia Vaſa Uterina diſtendere, aperire, atque ſic ſtillicidium Luna cauſari dicunt, reponimus 1. Mulieres, atque Virgines, queis m cies in corpore toto, & ſanguinis copia longè infra mediocrit tem eſt, quæ ordinariam tamen, ſatisque largam, & quidem cu ἀφοεἰα, eluviem menſtruam patiuntur. 2. Mulieres Plethorica quibus ſanguis copioſiſſimus, quæ nihilominus ſuppreſſione me ſium frequentiſſimè laborant, & quæ non ante reſtituuntur, quà Sanguis per V.S. fuerit imminutus. 3. Si Sanguis propter mu titudinem vaſa diſtendentem, oſculaque aperientem exturbatu formali conſequentiâ cum *Franciſco Bayle* deducimus, Menſtru potius per oculos, aures, nares, aliasque partes, vaſa ſanguiflu delicatiſſima habentes debere effluere, quàm per Uterum, cuj tubuli firmiſſimâ ſubſtantia gaudent. 4. Vaſa Uterina vix illiu

eſ

capacitatis, quæ tantam, quanta vel unicâ evacuatur periodo, uinis quantitatem continere poſſit. Nec 5. probabile, ſanem ita copioſum, cujus motus perennis eſſe debet, tanto pore in vaſis hyſtericis ſtagnare.

*Ad ſecundum*, quo αἵματος πληρώσεως cauſam ponunt Muliebre ıs *ad deſidiam natum, ut quod domi degat, nec vehementes ſuſtilabores, neq; ſub dio vivat* (quæ ipſiſſima verba ſunt *Galeni l.de adv. Eraſiſtr. c.V.*) rogamus, quid de conditione Amazo-, quæ ſub aſſiduis belli jugis ſanæ diu conceperunt & pepere-, ſentiant ? Si forſan has cum *Strabone* rident, reponimus ercuculas ruſticas, caſtrenſes, puellasque ancillantes, quibus rum plus ſatis, largam ſatis & laudabilem ſanguinis quantitagenerantes, cujus partem periodicè quoque excernunt.

*Ad tertium*, quando ſanguis puellarum crudus dicitur, & ad lum inutilis, Experientia atque Ratio reclamat. Conſtat Virginibus benè ſanis, quando debitum menſtruum pernt, ſanguinem floridum atque rutilantem, aut qualis eſt vie recens mactatæ (ut Veterum habet formula) vacuari; & anguis ille, qui in fœtûs abit nutrimentum, non crudus eſſe, aut impurus, multò minus venenoſus, qualem putavit *Pli*.c.

*Ad quartum*, Facultatem nempe Uteri Expultricem, quam um Fluxûs menſtrui Efficientem ſtatuunt, quod regeramus non habemus, quam quod *tota de Anima in corpore noſtro tatibus doctrina ita comparata ſit, ut animus veritatis avidus illa ri nunquam queat*, quæ verba ſunt *Excellentiſſimi Domini dis Diſputationum Phyſiol. in Collegio Diſputatorio propoſitarum* h. XVIII.

Sed *quintum* potiſſimum eſt, quod modernos mirè exercet; *viz.* à regimine Lunæ, ceu humorum Dominæ, Fluxus Ocelicrocoſmici periodus dependeat ? Primus, quem ſcio, *Helus in Lun. Tribut.* ajentes impugnare audet. Nos, etſi Luέργειαν in athmoſphæram hanc, & conſequenter in corpora a totam non denegamus, eam tamen hoc in negotio inſuffiem arbitramur; notantes, quod ſi Luna hanc excretionem inis dirigeret per propriam aliquam vim, & prout commu-

 nis

nis fert ſententia, ſolùm, quod humores corporis noſtri ſecu
Lunam creſcentem creſcant, & decreſcentem minuantu
ſtrualis fieret vacuatio, inde liceret colligere, quod ille flu
fæminis ſemper circa plenilunium fieri deberet; quod Exp
tiæ repugnat, quâ conſtat, mulieres atque virgines ejuſdem
sùs ætatis, & ſub eodem climate, diverſiſſimis purgari diebu
menſtruum ſpatium implent.

Hæc cùm ita ſeſe habeant, non improbabilis mihi v
docta quorundam conjectura, qui arbitrantur, Utero eu
preſſum eſſe characterem, eamque ipſi datam ἰδιοσυγκρασία
quam textura ſingularis procul dubio facit, quâ mediante,
morum maſsâ jugiter per ipſius ſubſtantiam tranſcolatâ, per
particulæ quædam fermentaceæ, (ut loquuntur) quibus ſa
dubio procul ſcatet, decerpuntur, quæque temporis tractu (
menſis ſpatio ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ſaltem contingit) ſufficiente qua
te collectæ, in tubulosâ Uteri ſubſtantiâ tandem ferocire, fer
tando, totam M.S. emovere, atque, ſeſe expandendo, vaſcul
guiflua diſtendere, eorumque extremitates aperire ſolent; &
ſanguinis quâ data porta, donec effervescentia ceſſet, efflu
ſolennemque illam fæminarum Purgationem eſſe, quæ ferè
ſem æquat, & Lunaris propterea dicitur; non quod Luna
quatum principium hujus motùs ſit; ſed quod menſis ſpatio
teriæ per minima aggeſtæ ea colligatur copia, quæ ὀργασμὸν co
tuere eſt habilis. Nec de ἰδιοσυγκρασίᾳ hâc Uteri (quam ſi
mentum appellare velis, non repugnabimus) facilè quis dubit
qui viſcerum aliorum, Ventriculi, Hepatis, Lienis &c. intu
proprietates alteratrices & fermentativas. An verò illa dete
natè hæreat in muco illo viſcoſo, quem in diſſectis vacuarum
minarum Uteris ſemper inveniſſe ſe teſtatur *Diemerbrœck. A
l.1.c.XXIV.* §.2? An in humore Glandularum, quas *Wart*
*in Adenographiâ ſuâ c.XXXV.* Utero aſſignat? An deniqu
totâ Uteri ſubſtantiâ nerveâ & densâ, cui multæ arteriæ ſan
nem, nervique multi ſpiritum animalem advehentes implan
tur? hâc vice prolixiùs examinare, inſtituti mei ratio prohibe

Redeamus nunc ad Cauſam χλωρώσεως, quam ratione ge
rationis Primam diximus; *Suppreſſionem viz. menſium*, fac
*vel* vitio ſanguinis, qui ex depravatâ viſcerum λειτουργίᾳ cru

par

rticulis illis activis eſt deſtitutus, quæ in utero efferveſcentiam ncipere, vaſaque aperire aliàs ſolent; *vel* vitio uteri cum ſuis ſis, quæ vel à nativitate malè conformata, vel ab excreſcentiâ quâ interius adnatâ, aut humore craſſo inhærente obſtructa, vel more partium vicinarum compreſſa ſunt, vel alio quopiam erre externo conſtricta; quo fit ut ſanguis aliquantiſper circa erum ſtagnans, & particulis fermentativis, quæ ſui ſunt multiicativæ, impraegnatus, dum exitum non invenit, neceſſariò ad ſa majora regurgitet, reliquæque M.S. turbam inferat, eò usre durantem, quò partes illæ, quæ ex diuturniore morâ peregrim nactæ ſunt κρᾶσιν & σύστασιν ſequeſtrentur, & aliquò deponanr; quod plerumque fit ad Lienis & Hepatis παρεγχύματα, un- & ipſorum obſtructiones totam corporis œconomiam, præciè quoad partium nutritionem, evertentes. Proximam & Imediatam Morbi Virginei Cauſam pronunciamus *Humores udos, glutinoſos ac pituitoſos* cum M.S. ad habitum Corporis latos. Talis enim ſi effloreſcit Color in cute, qualis Humor et in corpore juxta *Hippocratem l. de Hum.* certò judicare licet, ando Virgines videmus levi cum faciei intumeſcentia ex palli- nitentes, ſanguine eas abundare aquoſo, ſeu eo, qui Recentio- ous propter particularum volatiliorum & balſamicarum ſubjutionem *acidus* audit: talis enim cùm Spiritu ſuo ſit exutus, per ſa ritè circulari nequit, ſed in partibus ſubcutaneis, præcipuè ciei hærens, molem earum adauget; unde & faciei pallor ex tuido fulgens; non quod unctuoſum quid ex humoribus per cuculam tranſudet, ſed quod hæc, ceu tenuiſſima ex intumeſcen carne ſubjectâ, tendatur; pari plane ratione ac in tumoribus, ſceſſibus, ac tuberculis, aqua, ſero, ſanie, aut materiâ purulentâ fertis, cuticula veluti ſpeculum nitet, ob ſolam certè lævitatem, am elevatio atque diſtentio ipſi inducit: non (uti jam dictum) transudantem viſcoſam ac glutinoſam quandam materiam; æterquàm enim quod pituitoſa illa materia poros difficulter enetret, nec ubique adſit, per cuticulam dicto modo diſtenm nihil planè tranſudat, licet totum reliquum Corpus ſatis evienti madore, intus forâs provocato, perfundatur. Quod autem evitas cuticulæ nitorem iſtum conciliet, niſi coſmetica pleraque

 ſuffi-

ſufficerent, probationis loco adducerem ſpecula tàm vitrea, q
chalybeata, quæ, ut nitorem contrahant, ſpeciẽſque refle
operosè lævigantur.

## CAPUT V.

## *Cauſas Externas recenſet.*

PErgimus ad Cauſas Externas, utpote Mediatas, Remoti
priorumque προκαταρκτικὰς, à quibus, qui à morbo ſibi ca
volunt, æquè ſibi caveant, neceſſe eſt. Continentur hæ ſub
plici rerum claſſe, *Naturalium viz. Non-* & *Præter-Naturali*
quo ordine eas & hîc luſtrare lubet.

Ex *Naturalibus*, quæ Morbo Virgineo πρόφασιν dare poſſ
accuſatur 1. *Temperatura*, ad ſanguinis crudi & aquoſi gener
nem faciens, qualis virginum & mulierum dicitur: etſi fo
non abs re diceremus de quibusdam, σύμφυτον earum temp
mentum noſtro nihil aut parum bonitate cedere; activas p
robuſtas, vegetasque illas Virgines, verasque Viragines. 2. *Æ*
quæ evidentes in puellis prodit mutationes, ſuperato potiſſim
ſeptenario ſecundo, quando Calor ipſarum à multo phlegm
quo ante irretiebatur liber redditus, fit acrior & vegetior, la
vis Uteri ſuſcitatur & mox exaltatur, vox ſonora, mamellæ tu
dæ, ſenſus alacriores, viresque robuſtiores evadunt, & ab *Ar*
*tele l. VII. Hiſt. Anim. c.* 1. diligentius cuſtodiri jubentur. V
uteri quæ hâc ætate adhuc anguſtiora, frequentiſſimè hun
morbum conſpirant. Procliviores verò in χλώρωσιν ſunt Vi
nes, completo ſeptenario tertio, ad matrimonialia habiles, c
votorum tamen compotes fieri nequeunt; tunc enim *Uteru*
cum *Varandæo Tr. Ther. Morb. mul. l.* 1. *c.* 1. loquar, *propter de*
*ctum rei naturaliter appetitæ variè torquetur, & contractâ tandem*
*temperie frigidâ, Virgines nubiles fœdis corripiuntur coloribus*, qui
3. ratione *Vitæ generis* minus obnoxiæ ſunt liberalioris educat
nis puellæ, queis res domeſtica curæ, famulæ & ruticolæ;
enim laudabili, & conditioni ſuæ conveniente labore calor
nativum excitantes, facilius ſuperfluas humiditates per ἀδι
ἀπνοίαν diſcutiunt; cùm è contra veſtales, politicæ & aulicæ, q
ſtudi

ſtudioſè nimis cuticulam curantes, modica etiam ſubterfugiunt exercitia, multas cumulent cruditates, à torpido ipſarum calore inſuperabiles.

Ex *Non-Naturalibus* conſideramus 1. *Aerem*, qui pro mutationibus ſuis triplici modo corpora noſtra afficit, vel quâ per Os & nares inſpiratur, vel cibo & potui admixtus deglutitur, vel quatenus nos ambit, & poros ſubintrat. Culpamus hîc Frigido-Humidum, & Borealem; quippe hic, quemadmodum plerisque in rebus ſalium fluores & fuſiones impedit; ita in corpore noſtro propter nitroſitatem ſuam ſanguinis fermentationem blandam cohibere, viasque conſtipare poteſt; ille verò ob humiditatem ſuam torpidam ſpiritus incraſſat, albamque pituitam auget; quæ, ſi victûs ratio, jungatur non infima mihi videtur ratio, ob quam præ fæminis Gallis, Italis & Germanis quibuſdam Galatheæ quaſi videantur Anglæ, Belgæ, marisque Balthici quædam accolæ.

2. *Victus Rationem*, quam ſatis laudabilem aliquando eum in finem virgines immutant, ut roſeæ, atque floridæ faciei, quam ruſticam putant, miſerabilem, procoque, uti arbitrantur, dignum pallorem inducant, juxta illud Amoris Magiſtri; *Ut voto patiare tuo miſerabilis eſto.* Peccant autem *vel* in Quantitate, quod rarius tamen accidit, cum σμικροφαγίας Virginalis, (ut quidam jocatur) obſervantiſſimæ ſint: *vel* in Qualitate, alimenta quandoque aſſumentes planè inuſitata, cretam, gypſum, frumentum crudum, aliaque, quæ pulchritudinis exoptatæ gratiâ in certam pulcerrimæ machinæ ruinam devorant, unde & endemiam in Galliâ Narbonenſi factam χλώρωσιν teſtatur *Varandæus*. Talia enim à ventriculo dum ſubigi nequeunt cruda, crudos gignunt ſuccos, variasque viſcerum obſtructiones; quandoque uſitata quidem ſed δύσπεπτα & κακόχυμα appetunt, quæ chylum generant vel glutinoſum, ut è lacticiniis pleraque; vel aquoſum, ut fructus horrei tantùm non omnes: nocent etiam cupedia illa ſaccharo, melleve condita, quippe quæ fermentationi maximè obnoxia, humorum corruptioni ſæpius anſam præbent. Peſſimè autem ſibi conſulunt, quæ acetariis nimiis veſcuntur, aut pulpamentis illis vitriolatis; ἔστιν γὰρ ὑστεραλγὲς τὸ ὄξον inquit *Hippocrates*.

 Sæpius

Sæpius autem Puellæ in cibandi modum & ordinem impingu[n]
præcipuè in aulis Magnatum, ubi vel intempeſtivè, vel contin[uè]
bellaria ſua lambunt. Et mirum dictu quantùm in fœdo Vir[gi]num colore generando faciat Potus, tùm quantitate nimius, tù[m] qualitate frigidus nimis, aut acidus, (cujus ex uſu repetito, a[ut] intempeſtivè ſumpto multas vidimus exſangues factas,) ingurg[i]tatus *viz.* primo à ſomno, jejuno ventriculo, aut æstuan[te] corpore.

3. *Motum*; modum hic excedens calorem vitalem diſſip[at], ſanguinis particulas ſpirituoſiores ſimul cum fluidioribus al[iis] per ſudores prodigè diſperdendo, unde συςάσει ſanguinis muta[tâ] viſcerum coctiones turbantur, multæque cruditates cumulantu[r,] teſtibus ſaltatricibus illis pallidis, quæ totas noctes choreis teru[nt.] Si verò deficit, & in Quietem immodicam abit, calorem hebet[at,] ſpiritus torpefacit, ſanguinem pituitoſum, & per conſeque[ns] corporis habitum laxum, frigidum, pallidumque reddit; qua[le] Virginum plerarumque ſellulariarum, earum præprimis, quæ t[o]to die pulpitris ſuis texoriis incubantes, curioſè nimis nodellos, r[e]ticulave ſua ſtringunt: hæ enim non ſaltem ignem vitalem n[on] excitant, ſed gibbâ etiam, atque tortuoſâ ſuâ poſiturâ partes, qu[æ] pro chylo & ſanguine diſtribuendo multum faciunt, compri[]munt, atque ſic malæ ſui nutrionis auctores fiunt.

4. *Somnum*, qui eâdem ratione ac quies pituitam augen[s] & excluſionem potiſſimorum excrementorum prohibens a[d] χλώρωσιν facit, eòque magis, dum, prout forſan à multis, imm[e]diatus é cœnâ in lectum fit ſaltus, ſtertorque in ſerum protrah[i]tur diem: aut ſi in locis uliginoſis ad radios Lunæ decumbun[t.] Nocent verò & vigiliæ exceſſivæ, ad *Hippocratis II. aph.III.* max[i]mè, quarum cauſa meditatio amatoria, inter ſpem & metum du[]bia; quippe hæc ſpiritus, corpusque variè jactitando digeſtion[em] impedit, ſpiritus exhaurit, viresque dejicit.

5. *Retenta*, quatenus ea ſunt, quæ ſ.n. excerni deberent; pr[æ] omnibus autem hujus ordinis accuſandus eſt ſanguis menſtruu[s] juſtò diutius retentus; qui, quâ ratione ἀταξίαν in Virginum cor[]pore cauſetur, ſuperius c. 4. dixi. Faciunt quoque huc omn[ia] tertiæ concoctionis excrementa retenta, ſanguinemque incra[s]ſantia.

*6. Affet.*

6. *Affectus Animi*; quorum inſultibus obnoxiæ magis videntur Virgines; ἀθυμοτέρη γὰρ, καὶ ὀλιγωτέρη φύσις ἐστὶν γυναικείη, inſit *Hippocrates l.* περὶ παρθ. Arguimus hîc præ cœteris *Amorem* & *Mærorem*; illius tyrannidem vel eæ loquuntur, quæ maximâ cum virium, caloris atque coloris jacturâ tacitos nutriunt ignes, ad quas eleganter *Terentius in Eunucho act. II. ſc. I.*

*Dij Boni! quid hoc morbi eſt? Adeone homines immutarier*
*Ex Amore, ut non cognoſcas eosdem eſſe?*

quod de quibuſdam chloroſi laborantibus revera dici poteſt. Et expertus eſt *Panarolus Jatrol. Pent. III. obſ. XIV.* palloris frequentiſſimam cauſam (etſi non omnes fateantur) eſſe Amorem, quo captæ non nullæ, rerum uſu *viz.* minus edoctæ, adeo quosdam ſub charactere pulchritudinis, alteriusve reconditæ virtutis deperierunt, ut ipſæ totæ quaſi diſparuerint. Intemperantior enim ad objectum amabile tendentia, cum phantaſiæ ex ideâ amati fortius impreſſâ perturbatione, totum corpus mire alterat, illudque ſenſim & ſenſim tabefacit, adeò ut exinde Virgines quaſdam mœrore prorſus confectas, diem ſuum obiiſſe obſervaverit *Ballonius de Virg. & Mul. Morb. c. VII.* Mœror quippe, qui ex infauſto amore aliisve cauſis diutius durat, totum corpus refrigerat, dum ſpiritus abſumit, appetitum dejicit, noctesque inſomnes producit; quæ tabis nonnunquam cauſæ ſunt, aſſerente *Ovidio AA. l. I.*

*Extenuant Juvenum vigilatæ corpora noctes,*
*Curaq; & é magno qui ſit amore dolor.*

Addunt quoque ſuum ἐπιβάλλον μέρος quædam ab arbitrio noſtro dependentia, Medicis *Res non neceſſariò nos alterantes* dicta; quarum ex albo 1. *Veſtimenta*, quæ in malum Virgineum conſpirant, ſi vel tenuia nimis, aut levia partes virginum tenellas, præcipuè jugulares à frigoris inclementiâ non ſatis tuentur; vel juſtò arctiora partes ſubjectas nimium comprimunt, viamque ſanguini tranſituro liberiorem præcludunt: cujuſmodi veſtitus inter multarum nationū fæminas viget, quæ tùm ut junceæ appareant, tùm ut mammarum decus plenius ac planius oſtentent, ſtrophiis hypochondria, lumbos & ilia ſummo ſtudio conſtringunt, duriſſimisque illis aſſulis (*planchettes*) præcordia firmant, maximo ſæpe cum

ſanitatis

ſanitatis floridiorisque coloris diſpendio. Unde non abs re m
ratæ ſunt non ita pridem Damoiſellæ Gallicanæ, quod Virgin
Argentinenſes vivaci adeo floreant faciei nitore, (*qu'elles ont teint ſi frais & vermeil;*) præter quam enim quod hæ non ſtatim i
prima juventute thorace & hypochondriis noctes atque die
ſummo ſtudio coarctatis contenta viſcera (quorum incrementu
ſupprimi non debet) lædant, largius etiam ſpatium pectori con
cedunt, illudque contra aëris injurias operosè muniunt: quamvi
& inter ipſas ſint, quarum artes quædam novæ non omni culp
careant. 2. *Medicamenta* quovis modo viſceribus vim inferentia; præ cæteris verò quæ humorum maſſam incraſſant, viasqu
obſtruendo menſes ſiſtunt. 3. *Balnea*, eaque vel aluminoſa
herbiſve adſtringentibus parata, vel ex aquâ ſimplice frigidâ, qu
ſi corpus in illis mergatur, ſenſibiliter etiam Uterum refrigerant
quemadmodum illa ejuſdem vaſa conſtringunt. Huc pertine
etiam ambulatio nudis pedibus per loca frigida aut nivoſa; ut &
refrigeratio pedum in profluente, dum in hoc varia munia obeunt. 4. *Veneris Uſus* nunquam, ſæpius autem ipſius abſtinentia in Virginibus pro cauſa palloris habenda eſt.

## Caput VI.

### *Cauſas Symptomatum enucleat.*

NOſſe juvat unde tot & tanta, quæ ſuperius enumeravimus oriantur Symptomata, Virgines ex ſuppreſſis Menſibus pallidas tantùm non ſemper comitantia. Horum è Claſſe ſunt

*Cephalalgia*, cum ſenſu gravativo ex humore copioſo Cerebri meninges, aggravante. Ex debili enim Viſcerum coctione ſanguis vel vaporoſus ad caput amandatur, qui facillimè ibi condenſatus partes adjacentes premit: vel aquoſus nimis, qui juſto copioſior cerebro ejusque vaſis inhærens, non poteſt non gravare quæque vicina: multumque eò facit mirus ille Uteri διὰ τῆς κοινωνίαν τῶν ἀγγείων cum cerebro conſenſus.

*Laſſitudo Corporis*; quam Spiritibus partim, partim ipſis partibus imputamus. Illi enim ex pauco, quo ejusmodi puellæ gaudent, ſanguine laudabili parciùs geniri, & languidius per
cerebr

bri poros lentore anguſtos exploſi, vix pandendis muſculis, ciunt. Hæ verò partes *viz.* movendæ, vel ex humore reſta-nte graves, vel propter viſcoſitatem articulos obſidentem idæſunt, præcipuè pedes, ad quorum ἀρθρώσεις humores gra-es facilius devolvuntur.

*Proclivitas quædam in Somnum*, ex humidiore cerebri intem-e, quâ fit, ut non ſolum Spiritus pauciores & craſſiores ela-entur, ſed exitus quoque ipſis tranſituris liberior præcluda-unde continuæ feriæ ſenſuum internorum; quippe queis ob-vel nulla, vel debilia à ſenſibus externis, delatoribus ſpecie-idoneis deſtitutis, tractanda offeruntur.

*Melancholia*, crebris cum ſuſpiriis citra cauſam manifeſtam, chrymis, quibus allevari ſe putant, ex ſanguine craſſiore & bricoſo, ſalibuſque, uti quidam loquuntur, ſylveſtribus im-: hinc Spiritus animales opaci, & phantaſmata illa triſtia, re-que imagines calamitoſæ, quæ efferæ quandoque fiunt, ſi ſti-us Veneris acrior accedat.

*Reſpiratio difficilis*; non tam ab humore ſeroſo è cerebro in nonum bronchia depluente, quam à ſanguinis portione cru-quæ ægrius per exiles illas loborum vias tranſiens, limoſi in-aticis in pulmonum tubulis hæret, & veſicularum expanſio-non minus ac complicationem impedit, Diſpnœam ſic indu-, quæ augetur, quotieſcunque corpus motu concitatiore fer-aut per acclivia ſcandit; quia tunc, præterquam quod ſan-uberior in præcordia urgetur, (pro cujus circumpulſione & pulmones extremis nixibus laborant) halitus etiam ex mo-umorum ſaburrâ ſpirantes diaphragma tollunt, in liberioris irationis notabile impedimentum; quod multum juvat lan-lus Spirituum animalium in muſculos reſpirationi inſervien-nfluxus.

*Palpitatio Cordis*; cujus cauſa res aliqua vel ſtimulans, ut ha-quiſpiam ex minerâ impurâ aſcendens, qui ob peculiarem acrimoniam fibras cordis vellicando violentiorem, quando-& frequentiorem συςολῆς & διαςολῆς efficit motum: vel ag-ans, ſanguis *viz.* aquoſus, acidus, particuliſque ſuis activis iatus, qui in auriculis cordis ſtagnans, placido pulſu eliminari

C nequit;

nequit; ideoque dum Cor illum, ceu cruorem ſibi moleſt
elidere conatur, vehementius latera ſua conſtringit, fortique c
impetu ad coſtas reſultat, quas exinde quandoque effractas fu
(quamvis id omnem ferè fidem ſuperet) animadverſum do
*Fernelius Pathol. l.V.c.XII.*

*Cardialgia*, ſeu Dolor rodens circa regionem mucronis e
formis, ex humoribus acribus, aut ipſo Ventriculi exaltato p
fermento, è quo halitus ejusdem indolis ad orificium ſupe
miſſi, nerveorum ibi funiculorum διαισθησίαν irritant, ipſique
brillarum texturæ continui ſolutionem minantur.

*Pica*, ob peculiarem humoris fermentalis ventriculi de
nerationem, concurrente phantaſiâ exorbitante. Ex ſangu
enim à menſtruis retentis inſigniter alterato, peregrini in ven
culo cumulantur ſucci, qui tunicas ipſius variè afficiendo, eff
unt, ut vel maximè peregrina avidiſſimè appetantur, & quæ in
vix aliàs detinerentur, ceu ſuaviſſima, ob miram ſalivæ immuta
nem, tunc maſticentur. Apparet hinc arduum dictu eſſe, q
proxima & determinata depravati hujus appetitûs ſit cauſa; ſi
& qui ad occultas qualitates confugiunt, felicius forſan rem n
explicant, dum ejus rei, cujus ſcientiam pollicentur, ignoranti
inviti nobiſcum fatentur.

*Ventriculi à paſtu inflatio & gravitas*, propter debitæ ζυμ
σεως defectum, unde chylus non in cremorem ſpirituoſum, veri
inſtar panis non benè fermentati in maſſam gravem & ponder
ſam faceſſit, tardeque è ventriculo eliminatur, partes ſemper r
linquens viſcoſas; quæ flatuum quoque ventriculum contin
diſtendentium cauſæ ſunt.

*Nauſea & Vomitiones*, adeo ut Virgines inani aliquand
cum conatu Vomiturientes horreant, donec fortius irritatis ve
triculi fibris, fundoque ad ſuperiora acto, moleſtam humorum ſ
burram rejiciant, adeò quandoque acidam, ut vel dentibus αἱμ
δίαν, vaſisque æneis æruginem inducat; non aliunde ſanè, quà
à fæculentiis illis diutius in ventriculi tunicis hærentibus, q
plerumque ſale aliquo peregrino abundant, aut in materiam a
dam, vitriolicamve degenerarunt.

*Infimi Ventris dolores tenſivi*, cum difficultate dorſum flecte

C

, propter ſanguinis in regione lumbari vaſisque hyſtericis ag-
tionem: nonnunquam *rodentes & lancinantes* circa umbili-
n ſentiunt, ex ſucci pancreatici degeneris, aut bilis excremen-
æ acrioris profuſione inteſtina tenuia vellicante. Concur-
it & interdum *borborigmi* moleſti, à flatibus per anguſtas in-
inorum pylas tumultuantibus, membranaceosque eorum
ulos violentius paulò diſtendentibus.

*Habitus Corporis* in quibuſdam *ſubtumidus eſt*, quia humores
di ad περιφέρειαν delati nec diſcutiuntur, nec, prout fieri debe-
refluunt: *pallidus*, propter ſuccos frigidos, qui palloris ferè
nis cauſæ ſunt, teſtibus morbis omnibus frigidis, ut & ætati-
extremis palleſcentibus: *cadaveroſus* verò apparet, ſi ſuccus
nentarius ſpiritibus, qui omnis vigoris cauſæ, deſtitutus eſt.
obſcuro quandoque pallent, in quarum facie cute collapsâ, &
culâ hinc neceſſariò corrugatâ, lumen incidens totum fermè
orbetur; triſtemque hanc faciem adauget ocellorum, aliàs
tillantium, languor, ex muſculorum partim extenuatione,
im ſpirituum influxu parciore oriundus.

*Pulſus* (θερμόμετρον illud noſtrum naturale) *parvus* obſerva-
ſed *frequens*, certo indicio principium motùs, quod Faculta-
Pulſificam vocant, langueſcere, & ſanguinem portione ſuâ
ituoſiore exutum non ſufficere, qui arteriarum parietes ſatis
tare, digitumque tangentis ferire poſſit, licet Cor jugiter vires
colligat, & dum quod vehementiâ nequit, frequentiâ com-
ſare laborat, vibrationes edat citatiores.

*Alvus pigra*; quà quod fibræ inteſtinorum multo muco ob-
æ ad motùm περισταλτικὸν torpeant; quà quod ſcoriæ, ductu
biliario obſtructo, naturali ſuo clyſtere deſtitutæ acrimoniâ
careant, quâ ad excretionem inteſtina proritent. *Urina* Vir-
um pallidarum, *tenuis, aquea, & pallida*; quoniam viſcera po-
a, contractâ ex menſibus reſtagnantibus ἀπεψίᾳ, alimenta mi-
concoquunt, nec ipſorum portiones ſalinas & ſulphureas (ut
determinant, qui diligentiori ἐγχειρήσει Spagiricâ urinas ex-
nant) ritè ſubigunt, ut minutim ſatis confractæ, & per ſeri
os diſperſæ tincturam urinæ impertire valeant.

Tandem & *de Febriculâ*, Medicis *Epiala* dicta, conquer-
tur; ſeu de ſenſu obſcuro caloris & frigoris ſubalterni, ac, pr
ipſis videtur, ſimultanei. Hujus cauſa materia aliqua aut h
tuoſa eſt, aut humoralis, ex continuâ ſucci cujuſdam heteroge
& improportionati in M.S. affuſione. Quodvis enim viſcus n
tritorium ex cruore menſtruo inquinatum, inſtar mineræ eſt, q
peregrinos, & quaſi immiſcibiles ſanguini, cordi, & hinc reliq
partibus tùm halitus communicat, tùm humores, membra
mox caloris, mox frigoris ſub ſenſu afficientes.

Reliquorum, ſi quæ præter enumerata accidunt, ſymptom
tum ratio ex enarratis ſatis forſan conſtat. Illud ſolùm hîc no
tum velim, quod ſup. c. 2. dictum, *viz.* non omnia hæc Sympt
mata in omnibus reperiri Virginibus affectu hæc laborantib
ſed pleraque in plurimis, & quædam in quibuſdam.

## CAPUT VII.

### *Differentias oſtendit.*

E*Sſentialem* χλωρώσεως *Differentiam*, quâ aliis ab affectibus d
ſtinguitur ſup. c. 2. conſtituimus. Progredimur igitur a
*Accidentales*, eaſque deſumimus (α) *à Formâ*, quam præ ſe fer
ad hanc ſi reſpicias, χλώρωσις alia eſt cum majore corporis defœ
datione, ubi non albicans, ſed ſubniger, *buxoq; ſimillimus ora Pa
lor obit*, cum gravioribus ſimul ſymptomatibus: alia cum levio
cutis ſuffuſione, levioribuſque ſymtomatibus. (β) *à ſubjecto*
unde alia Univerſalis, quæ totum corpus, aut pleraſque ejus pa
tes occupat: alia Particularis quæ in facie ad tempus, aut man
bus ſe prodit: alia dein Virginum Juniorum; alia Adultioru
(γ) *à Cauſis*; quarum reſpectu plurimæ differentiæ conſtitui po
ſent, cùm aliæ ſint ab Internis, aliæ ab Externis deſumendæ: ali
à neceſſariò; aliæ à non neceſſariò nos alterantibus, quorum in
ſignis numerus. (δ) *à Duratione*; hinc alia Recens, quæ vix ſenſi
biles palloris & tumoris prodit notas; alia Inveterata, quæ o
altas actas radices in χρονικὴν abiit. (ε) *ab Adjunctis* ſymptoma
tibus, quæ ipſum morbum nunc mitiorem, nunc atrociorem red
dunt, prout ipſa vel levia ſunt, vel gravia.

CAPUT

# Caput VIII.

## *Signa Diagnoſtica & Prognoſtica contemplatur.*

ἄελπα γνῶς ἄελπα θεραπεύσει, inquit ſummus Medicinæ Dicta-
tor. Medicus igitur priusquàm ad curationem ſeſe accingat
rbi tùm præſentis, tùm futuri ideam per certa ſigna cognitam
ere debet. Talia in Morbo Virgineo ſunt vel Διαγνωστικὰ,
præſentem conſtitutionem p.n. patefaciunt; vel Προγνωστικὰ,
per id, quod ſanitatis adhuc in morbo ſupereſt monſtrant,
l in futurum ſperandum aut timendum. Prioribus, & quidem
quæ circa morbi ſpeciem, morem, & magnitudinem verſan-
*viz.* παθογνωμικοῖς, multis hîc non opus; qualis enim & quan-
ſit affectus, partim ex concurſu ſymptomatum, quorum quod-
ationem ſigni habet; partim ex relatione patientis ipſius col-
re licet. De iis verò ſignis, quæ Cauſas patefaciunt, & αἰτιο-
λογικὰ nobis audiunt, diligentius inquirere debet Medicus,
x Rebus naturalibus temperamentum, ætas, aut vitæ genus in
bi generationem conſpiraverint? an in regimine & uſu rerum
naturalium errorem comiſerit Virgo? Et ſi quando ex vere-
diâ patiens Medico cauſam veram fateri nolit, ſicut nonnullæ
rem, & omnia quæ amori inſunt, & quæ hunc ſequuntur ſtu-
ſè occultare ſatagunt, ex adſtantibus, & iis, quæ intimioris
miſſionis apud illam ſunt, quid circa ipſius actiones obſervave-
, cognoſcendum: quippe non cuivis ea contingit peritia,
prudens *Eraſiſtratus* elicuit, perditè adamari novercam à pri-
no ſuo; nec occaſio illa, quâ *Galenus* per pulſum amatorium
dis amorem, quo ſummè mulier quædam flagrabat, detexit.
quirendum quoque de Rebus præter naturam; an ex præte-
aliquo morbo uterus, aut viſcera labem quandam contra-
nt?

Προγνωστικὰ ſigna præſagiunt nobis 1. Quid ſalutis aut mali
in affectu ſit exſpectandum. 2. An longioris, brevioriſve fu-
s ſit durationis. 3. Qualem habiturus ſit terminationis mo-
.

 Ratione

Ratione *Salutis* & *Mortis* habito reſpectu (α) ad cauſas: cimus χλώρωσιν per ſe quidem non eſſe lethalem; periculo ta non vacare, propter multorum viſcerum δυσκρασίαν, eam graviorem eſſe, quam pertinaciores & diuturniores fovent ſtructiones; graviſſimam verò, cujus cauſa nativa vaſorum u norum coaleſcentia. (β) ad ſymptomata, quæ pro συνδρομῇ que vehementiâ ſuâ morbum magis, minuſve reddunt peric ſum: ſic malum haud ridendum, ſi humores, halituſve pravi put petant; periculum enim ne vertiginem, dolorem capitis p tinacem, aut habitualem aliquam intemperiem cerebro induc vel ſi contumaci picâ patiens laboret; quia *poſſibile non eſt*, ait *nertus Pr. Med. l. IV. p. II. S. III. c. II. illum morbum curare, qu ſumptorum vitio continuò fovetur*; Si denique palpitatio cor diſpnœa, aut ſyncope ſint frequentiores, pro deploratâ haben ægram. (γ) ad ſubjectum; minus calamitoſa ſolet eſſe hæc a ctio juvenculis atque puellis, magis verò Virginibus ætate pro ctis, ſi cauſarum adſit æqualitas; illis enim ἔκλαμψις caloris getior, quâ mediante facilius κακοχυμίαν ſuperant.

*Longitudinis* & *Brevitatis* reſpectu Authorum plerique χλ ρωσιν inter morbos chronicos referunt; quia virgines primam, ſecundam fluxûs periodum ſuppreſſam intempeſtivo præ pudo ſubticentes, commodius curationis tempus negligunt, & du Medicinam procraſtinant, ſpontaneam reſerationem exſpecta tes malum in dies augent: unde quò diuturniores obſtruction eò conſtantior quoque Virginum pallor; imò quæ ultra ſex me ſes duravit, incurabilis foret menſium ſuppreſſio, & exinde or χλώρωσις, niſi illud *Hippocratis l. 1. de Morb. Mul. In ſextis verò me ſibus jam incurabilis eſt* (*Menſium ſuppreſſio*,) eſſet accipiendu de eo quod fit ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Hinc ipſe ſibi non contrarius qua do *V. Epid.* Gorgiæ uxori per quatuor; & *IV. Epid.* ancillæ cu dam per ſeptem annos menſes ſuppreſſos rediiſſe ſcribit.

Quoad modum *Eventûs* & *Terminationis*, morbus hic, ſi ne ſponte, nec arte reſeratis vaſis menſes redeant, in Hydropem Anaſarcam, aut tandem, ſi materia alicubi in habitu corporis ex terno putruerit, in ulcera fœda abit. Morte ſolvi ſolet, ſi ex d teriore humorum corruptelâ Epilepſia, Vertigo, Lypothimi

& Palpitatio cordis patientem ſæpius infeſtant. Inveteratam Menſium emanſionem plerumque ſterilitas excipit, ſeu aboletur ad concipiendum aptitudo.

## Caput IX.

### *Methodum Medendi monſtrat.*

ABſolutâ morbi θεωρίᾳ ad πρᾶξιν nos accingimus, ſeu Methodum illam, in quâ per Indicationes præſidia nobis ſubminiſtrantur pro delendis fœdis Virginum Coloribus. Duo autem in corpore χλωρώσει laborantium exiſtunt, quæ per propriam naturam auxilium aliquod indicant, & indicatum ad ſeſe dirigendum monſtrant: Res *viz.* P. N. quæ per Indicationem Curatoriam ſui Remotionem per Contraria; & Res S.N. quæ per Indicationem Vitalem ſui Conſervationem per Similia exigunt; quibus optimè ſatisfieri poteſt præſidiis ex Pharmaciâ & Chirurgiâ deſumptis, non neglectâ Diætâ, ſiquidem *ei*, ut *Galenus* inquit, *XII. Cur. per. V.S. c. VII. qui victus rationem ſervare nequit, medimenta præſcribere ſupervacaneum eſt.*

Omnem itaque Curam eò dirigimus, quò 1. Humores quantitate noxii evacuentur. 2. Sanguinis κρᾶσις reſtituatur. 3. Viſcerum obſtructio removeatur. 4. Fluxus menſtruus revocetur. At hîc feſtina lentè: Duci enim hoc in affectu amat Natura, non pelli; ideoque non cum illis ſentio, qui prímo ſtatim in morbi limine menſes revocaturi fortiora propinant αἱμαγωγὰ, venasque frequentius tundunt; cum fieri non poſſit, ut fluxus promoveatur, corpore ſuccis crudis adhuc referto, aut ſanguine ad motum illum exiſtente inhabili.

Humorum quantitate noxiorum Evacuationem duobus molimur modis, Purgatione *viz.* & V. Sectione: illi duo præmittentes, Viarum Præparationem, & Humorum educendorum. Digeſtionem juxta *Hippocratis II. aph. IX.* Viam commodiſſimè præparamus Benedictis illis Laxativis, & Clyſtere (rideat hujus uſum *Helmontius*, eumque damnet *Paracelſus*; nos illum neceſſarium, tutiſſimum, atque utiliſſimum deprædicamus) ex emollientibus, lubrificantibus, abſtergentibus, parumque ſtimulantibus

parato,

parato, & decenter applicato; aut ſuppoſitoriorum variis gene
bus, Unguentis variis ſphincterem proritare aptis. Maſſam H
morum craſſam atque viſcidam ad eductionem diſponimus D
gerentibus, Incidentibus, & Reſolventibus, quæ ob λεπτομέρε
ſuam, ſeu particulas tenues, acutas & penetrantes, ductus laxa
humores incidunt, iisque motum procurant; ob terreſtreitate
verò ſuam modicam viſcerum villos roborant, tonumque f
mant: qualia è vegetabilibus potiſſimùm ſunt, quæ ob Sal ſuu
fixum cum terra modificatum amaricantia ſunt, & acriuſcula.

Viis atque Humoribus præparatis ad ſolennem accedim
*Purgationem*; quæ fit vel ἄνω vel κάτω. Ἄνω per *Vomitoria*, qu
rum uſus hâc in affectione non eſt inſuper habendus, cùm per
prava humorum craſſorum, viſcidorum, ac glutinoſorum cong
ries comodiſſimè exturbetur; quare non immeritò eorum uſu
extollit *Willis Pharm. Rat.* S.II. c.II. *Evacuatio per vomitum*, i
quit, *uti violentior, quàm per ſeceſſum, in nonnullis affectibus plu
quàm Purgatio decies repetita prodeſſe ſolet hoc enim modo phlegm
ponderoſum, ſtomachi plicis coaleſcens, quod cathartica cætera qua
præterlaberentur, veluti ſcopis purgatur: inſuper partes vicinæ Pa
creas, Meſenterium, Lien, ipſumq; Jecur, concuſſione validâ comm
ventur; adeo ut obſtructiones in iis factæ, etiam ſanguinis & hum
rum ſtagnationes quæcunq; hoc remedij genere facillimè amovea
tur &c.* Sed cautione opus eſt 1. Ut non niſi iis, quæ ſunt εὐ
μέτοι & ad vomendum faciles, viriumque robore adhuc pollent
propinentur. 2. Ne nimis vehementia, habitoque delectu ind
viduorum imperentur. 3. Ne prius præſcribantur, quam cru
dorum ac viſcidorum humorum maſſa fuerit inciſa & attenuat
Κάτω per *Purgantia* propriè dicta; quare habitâ ratione æta
tis, temperamenti atque roboris Patientis, Nodulum præſcr
bimus purgantem ex phlegmagogis & hydragogis; quæ ob acri
moniam ſuam ſalino-ſulphuream ſingularem humores moven
& inteſtina ad excretionem proritant; hiſque commodiſſimè ad
miſcemus Hyſterica, ſeu Uterum reſpicientia. Infundendu
autem nodulum in vino ſuademus, niſi valida adſint contra-indi
cantia; ſiquidem tanta ſunt beneficia quæ è vino in corpus no
ſtrum promanant, ut non niſi Dei alicujus munere dari id potui

e arbitrati ſint veteres : præſertim enim quod viribus reficien-
lis eximium ſit cardiacum coctionem juvat, ſtomachum roborat,
obſtructiones tollit, abigendis excrementis viam parat, urinam,
nenſesque ciet, ſpiritus recreat, reſarcitque, flatus diſcutit, craſ-
ſos humores attenuat, incidit & coquit &c. vid. *Deodat. Panth. Hygiaſt. l. II. c. XVI.* Eligatur autem hunc in finem pro perſona-
um conſtitutione, lubitu, ac conſuetudine generoſum, vel medi-
ocre, quodque interveniente fermentatione craſſos & impetuo-
ſos ſpiritus, viſcum rejectaneum, & fæcum amurcam depoſuit.
Apozematis ejuſmodi uſu aliquandiu continuato, inducias
ægrotanti per aliquot dies concedimus, pro collectione vi-
ium, quas inſtans requirit *Vena Sectio*, quæ hoc in affectu,
ationibus utrinque ſat prægnantibus, laudatur ab his, culpa-
ur ab illis. Si quid ſentiam, dicendum; non promiſcuè ad
Phlebotomiam in χλωρώσι confugiendum arbitror, ſi malum
it inveteratum, corpusque ſuccis crudis refertum; morbo verò
adhuc in fieri exiſtente, & retento ſanguine, qui vacuari debebat,
i nec ſanguis pituitoſus nimis, nec vires ſint collapſæ, abſolutè
venam aperiendam ſuaderem, prius tamen evacuatis primis cor-
poris viis. In venâ ſecandâ nullum urgemus delectum, pro va-
cuatione tamen mallem in brachio eam tundi, quam pede, *maxi-
mè propter ſanguinem* ut ait *Fr. de le Boë. Sylvius, in Prax. l. II. c. III. majori copiâ, vehementiaq; ex brachio quàm pede ut plurimùm pro-
fluentem, ideoq; potentius ſanguinis motum redintegrantem, augen-
temq;*, quod in hoc affectu ſummè neceſſarium; *quò enim potentius
per univerſi corporis vaſa movetur ſanguis, eò etiam potentius & faci-
lius ſibi exitum parat per Uterum.* Quantitatem ſanguinis mitten-
dam indicabunt alias præter circumſtantias ægrotantis vires.
Hoc adhuc notaſſe juvat, ſi vena ſecanda, & ſanguis educendus,
atius eſſe, partitis vicibus, & quantum ægra ferre commodè pote-
it, evacuari ſanguinem, quam ſimul & ſemel, cum ejusdem in-
igni debilitatione; haud ſecus quàm in humorum per purgantia
evacuatione præſtat per ἐπίκρασιν & blandis medicamentis illos
enſim educere, quàm fortioribus adhibitis, vel copiâ majore in
περικαθάρσεως periculum ægram conjicere.

D Corpore

Corpore ſic decenter depleto Sanguinis Maſſa corrigenda nit, in eo præcipuè peccans, quod viſcida nimis, fluxilis minus Huic talia deſtinamus medicamenta, quæ in penitiores corp partes penetrantia, humores è compedibus ſuis ſolvunt, atte ant, & in halitum convertunt, ut ad περιφέρειαν delati excludi q ant, Hydrotica, *viz.* & Diaphoreticâ; tùm è Galenicis, (ut a quitatis pertæſi loquuntur) tùm è Chymicis varia: quæ vel S guini blandam aliquam fermentationem inducunt; cujuſm ſulphurea illa & ſalina, aromatica oleoſa, acriaque volatilia: illum cum ſero rarefaciunt, & fluxilem reddunt; ut è vegetab bus ſalina & nitroſa varia, quæ incidunt, attenuant, & in mot acta, potenter movent alia: vel quæ humoribus halituoſum ve culum & volatilitatem quandam præbent; qualia reſinoſa ſi reſolubiliora, quorum omnium copia apud Practicos & Chyn cos in formulas redacta proſtat; brevitatis enim ſtudioſi, fo mulas hîc non adſcribimus, quia eas pro ægrorum conditio mutandas eligendasque omnes ſuadent, & idcircò ipſas comm diſſimè apud ægros addiſci dixit *Sylvius.* Sed circumſpectione h opus magnâ, ne humores rarefacturi, ſanguinem vehiculo ſuo n turali privemus. Abſtinemus propterea hoc in negotio ab alc linis fixioribus, ſeu terrenis, quæ coagulationis principium in continent, ſerumque ligant; tùm etiam à volatilioribus, quæ corporibus hiſce cacochymicis & pituitoſis aut minus prodeſſen aut humores nimis turbarent.

Sanguinis διάθεσις hoc modo ſi reſtituta ſit; aut ſponte ſuc cedit viſcerum reſeratio, aut arte talis promovenda venit, medica mentis *viz.* ἐμφρακτικοῖς, quorum principia activa vegetiora πα ρεγχυμάτων antra ſubeunt, poroſque humorum tenaciorum pe netrant, & incidunt. Ad *Martem* præcipuè, cæteris non ſuff cientibus, ſacram veluti ad anchoram quandam hoc in affectu Vi ginum confugimus; *Mars enim amicus Veneris, Magnumq; Vi ri ſolatium*; prout illum ſalutat *Rollfincius Diſſ. Chym. VI. c. II.* licet quomodo, quâve virtute in hoc, reliquisque Cachexiæ affe ctibus operetur, non usque quaque ſit perſpectum. Non enir audiendi videntur ingenioſi illi magis forſan, quàm periti, qui me dicamentorum chalybeatorum uſum hîc & alibi prorsùs rejici

un

ıt, quoniam de modo agendi eorum certò non conſtat. Bone
eus; an quia fortè ignoramus modum, quo agunt purgantia,
gabimus idcirco eorum efficaciam? Certè ſi hâc ratione in
edicinâ eſſet procedendum, multa pro falſis forent habenda,
ıæ pro veris tamen habentur, veraque ſunt. Sufficiat nos ex
ı medicamentorum è ferro & chalybe præparatorum in Chlo-
ticâ affectione effectum exſpectationi reſpondentem experiri.
ı vero hoc præſtent pondere ſuo; an proprietate aliquâ pecu-
ri deobſtructivâ; an abſorbendo; an adſtringendo; an fer-
entationem ſanguinis reſtaurando, determinare, ſi non planè
ıpoſſibile, ſaltem valde difficile, ſi quis dixerit, non refragabor:
ıjus rei non alia videtur ratio, quàm medicamentorum chaly-
ratorum magna varietas, & operationum mira diverſitas; mo-
ı enim adſtringunt, hæmorrhagias, aliosque fluxus ſiſtunt;
odò viſcerum & meſenterii obſtructionibus aperiendis confe-
nt; modò alvum turbant, vomitumque cient; modò ab aliis
vomitum reprimendum adhibentur: unde non mirum, cùm
nultis ſine diſcrimine præſcribantur ejuſmodi medicamenta, ſi
irritum quandoque cedant; imo ſi loco hoſtis morbi ipſa inter-
ım Natura percutiatur. Si tamen quod probabiliſſimum vi-
etur dicendum, puto cum *Williſio*, remedia Chalybeata hâc ratio-
faciei χλώρωσιν in vultum floridum mutare; quod particulæ
halybis ſulphureæ manumiſſæ, & in ſanguinem traductæ totam
ıs maſſam fluxilem ac elaſticam reddant, particulas antea ſopi-
s excitent, ejusque ζύμωσιν prius depreſſam redintegrent, adeo
tota imi ventris regio, quaſi à ſpiritu quodam impetum facien-
, in majorem molem quandoq; attollatur: prout contingit, ſi vi-
ɔ aquâ forti repleto injicias limaturam ferri aut chalybis; videbis
otinùs aquam non tantùm ebullire cum ſtrepitu, vitrumque, ſi
llum ipſi anguſtum, materiam omnem turgeſcentem proprio
otu exſpuere, ſed vas etiam breviſſimo temporis adeò incaleſce-
, ut manu teneri nequeat, ac in rimas non rarò diſſiliat. Unde
lam omnibus eſſe videtur, quænam ex ferro & chalybe præpa-
ta comendata hoc in affectu Virginum velimus: nimirùm non
, à quibus particulæ ſulphureæ una cum ſalinis prorſus abactæ
nt, uti fit in Croco Martis per calcinationem fortiſſimam præpa-

 rato,

rato; nec illa, in quibus ſulphure in totum, aut maximâ ejus pa
te abacto Sal Vitriolicus remanet, ac præpollet; ſed ea duntaxa
in quibus mixtum, compage reſeratâ, ſulphur usque remanet,
ſolutum cæteris prædominatur! qualia ex Marte egregia mult
Ante verò quam ejuſmodi Martialia aſſumantur, corpus benè
præparatum, ne vis medicaminis ab humorum copiâ ſuffocetu
ipſis aſſumptis validè moveatur, ut medicamentum actuetu
ejusque partes commodius diſtribuantur: quibus tamen aperien
tibus noſtro in affectu non ſolis inhærendum, ſed & evacuan
dum, ut id, quod expeditum, per vias apertas evacuetur.

His peractis ſi non redeat, quam optamus Vacuatio Sangu
nis, ex præſidiis chirurgicis ſectionem repetimus Saphenæ, ejus
propaginis, circa malleolum internum, conſentiente *Hippocra*
*II. Epid.* qui Stymargi famulæ hoc in malo commodiſſimè ibi ve
nam ſecuit. Si Virgo αἱμοφοβερὰ, debilisve fuerit, V. Section
cucurbitulas ſubſtituimus, hirudines, frictiones, & alia, quæ ſan
guinem ad inferiora invitare poſſunt. Emmenagogis dein ſolli
citanda patiens, ſeu medicamentis aperientibus & purgantibus
utero ſpecificis; quæ vel ſanguinem reſpiciunt, vel Uterum: ill
attenuandus per ea, quæ ob ſubſtantiæ modum partes ſanguini
volatiles exaltant, & expandunt, ut exuto lentore amplius affe-
ctet ſpacium; quæ ſulphurea & oleoſa partim, ut gummi & aro-
mata pleraque; partim ſalina, ut ſalia vegetabilia fixa, fæculæ, u
& Tartarea. Uterum reſpiciunt, quæ partibus ſuis incidentibu
vias ſibi parant; quorum triplici è regno varia proſtant apud
Doctores Practicos, Chymicos præcipuè, quorum ſcrinia multa
nobis dant certè elegantia, e. gr. Elixiria, Crocos, Eſſentias, Tin-
cturas, cæteraque Uterum juvantia. Nec omittenda ſunt Exter-
na partes ad humorum tranſitum diſponentia; qualia ſunt *Semi-*
*cupium* ex emollientibus ac uterinis; in quo tamen ſibi cavea
Virgo ab enormi ſudore, qui quandoque menſes ſiſtit. *Suffitus* e
Gummi, aromatibusque *Hippocrate* ſuadente *V. aph. XXVIII.* pe
infundibulum, aut modernum inſtrumentum Glauberianum rite
admiſſus; caput verò linteis probè obvelet Patiens, ne fumu
nares petat. *Pediluvia*, ut & *Fotus*, partes abdominis emollien-
tes, ſanguinis, ſerique motum promoventes, poroſque laxantes

Laudan

udant inter *Amuleta* Induſium recenti menſtruo conſangui- e pollutum & indutum; in quo ſanguinis fermentum mumia- lterius ſpecificum fermentum uterinum per Symbolicam har- oniam idealem ſuſcitare credunt: ſed præter quàm quod Oe- po hâc in operatione exponendâ ſit opus, quî ſordida adeò, & urda adhiberemus, ubi alia, & quidem certiora proſtant? *Peſ- um* & *Naſcalium* uſum damnamus in juvenculis; nec admitti- is in ætate provectioribus, niſi ubi neceſſitas verecundiæ ſuſtu- leges. Ac uti circa Emmenagoga in genere, ita hîc in ſpecie o ſanctè obſervanda putamus: 1. circa Perſonam, ne cuivis ellæ de ſuppreſſis menſibus conquerenti (etſi Jovem juret La- lem) ea dentur; ſed circumſpectè, ſecundum Artis procerum ecepta, & exemplum *Binningeri Obſ. III. cent. V.* quæcunque ius examinanda, quàm dentur menſes pellentia, quæ tantum n omnia ἐκϐόλια ſunt, & φθόρια. 2. circa Tempus, ut eo illa hibeantur, quo aliàs Fluxus Oceani Microcoſmici rythmum etere ſolet, ni profuturus quis obeſſe velit.

Dum ita curat Medicus, & Ægra ſuum faciat officium circa ætetica, & Adſtantes, ut externa ritè ſint comparata, procu- nt. *Aer*, ceu Catholicus in corpora noſtra Dominus, purus gatur, tenuis, & calidus, qui calorem internum excitet, poros- ie aperiat: tali enim vigente plus per unam alteramve ſeptima- m perfici, quàm aliàs per plures menſes expertus teſtatur *Va- ndæus de Morb. Mul. c. 1.* *Eſculenta* ſint modica εὔπεπτα & χυμα, panis conditus, & probè fermentatus: carnes vitulinæ, gninæ, gallinaceæ, columbinæ, & delicatiores aliæ, eæque elixæ agis quàm aſſæ, piſces ſaxatiles cum ſtomachicis cocti. *Potu- nta* tenuia ſint & calefacientia, Vinum mediocre & fragrans, uod vires ſubitò reficiat, meatusque aperiat, quale Rhenanum, Ioſellanum, præ his verò Nicarinum ob egregiam ſuam λεπτο- μερειαν omnibus commendabile: Virgo abſtemia cereviſiâ utatur robè defæcatâ, herbisque Uterinis medicamentoſâ redditâ: ſi ρωπότης fuerit, Decoctum ſibi ex aperientibus paret. *Somnus* igiliis reſpondeat; tutius tamen in his, quàm illo excedere. *Motus* ſit moderatus, ut Calor ventiletur, circulatio humorum romoveatur, & excretiones juventur. *Excreta* ritè ſeſe habe- ant

ant, omniumque concoctionum recrementa debito modo
emiſſaria ſua eliminentur. *Animi παθήματα*, (actus illi an
æque inevitabiles, ac inevitabilia ſunt ſenſuum objecta.) ſuis ſ
terminis; juvat maximè Gaudium, quo Sp. omnes recrean
blandèque diffunduntur. Iram quoq; hîc prodeſſe multi vol
quatenus flam̃am vitalem excitat, motumque ſanguinis accele
at ſit modus in rebus. Quæ ex Amore pallent, illis ſalubrius q
com̃unicem, nullum habeo conſilium, quàm illud *Hippocratis*
παρθεν. Κελεύω τε ἐγὼ τὰς παρθένους ὁκόταν τὸ τοιοῦτον πάσχωσιν, ὡς
χιστα ξυνοικῆσαι ἀνδράσι. Licet multi ipſius *Hippocratis* & *Galeni*
thoritatem, quæ corpora cacochymica, qualia Virginum palli
rum, à conſortio virorum arcet, objiciant: nondum tamen
currerunt argumenta, quò minus poſt multos alios cum *La*
*l.1. Ep.XXI. Primeroſio d. Morb. Mul. l.III. c.IV. Panarolo P*
*III. obſ.XIV.* & *Ranchino de Morb. Virg.* §.*III, c.II.* illud
jucundum, naturale & ſalutare, imo Marte, omnibusque M
tialibus efficaciſſimis longè efficacius com̃endem remedium
ἐν καίρῳ. In quibus autem vel lex, vel pietas, vel religio co
lium *Hippocratis* non admittit, illæ commendatum ſibi habe
illud Chriſtianum

*Orent, Caſta legant, Jejunent, Otia tollant.*

# *FINIS.*